Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0001-7

Sammelbd.
0/0 Ale.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0002-2

Parentum o
quando p
ga liberos
& poſt m
bona defuncti cu
non eſſe extende
tibus adimatur,
ad omnia quider
men illis relinqu
leges illam conſti
ſeruero, non inu
a profeſſione me
& humanioris do
Definitur e
Neque enim par
parentibus fratre
nam aut levis no
dividi poteſt in a
tres unciæ, ſive c
tor vero Iuſtinian
ſonarum legitima
partem, ſ. trienter
culi memoriales e
Quatuo
Semiſſe
Arbitriu
Quæſtio na
juris mere poſitiv
ralis eſſe videtur,
illud faciant. & h

n decidit, cum omnem di-
nat. Iura igitur poſitiva,
& certam portionem liberis
m, ut quæ fieri debere ge-
non definit, ea accuratiori-
xacte imperent. Igitur ju-
l ſucceſſionem quæ jure na-
er autem ſpectatam, h. e. ra-
ile normam hic præſcripſit.
, num particulari cujusdam
ali ſublatione negandum o-
et, quod omnibus parentum
am in quantitate legitimæ,
em tolli poſſe, & libertatem
ob cauſam æquum videatur,
& ut apud illos parentes ni-
a immorigeri parentibus vi-
lio in ducatibus Swidnicenſi
III. c. 26. p. 313. & alia ſimi-
e a *Iuſtiniano* in Novella ci-
as facile cavere poſſunt liberi
tamen illis moleſtiam creare.
electorali quando ſcil. liberi
con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0003-8

35

* * * *

DE

# LEGITIMA

QVAEDAM DISSERIT

---

ET AD

## AVDIENDAS ORATIONES VALEDICTORIAS

QVATVOR ALVMNORVM

LYCEI TORGAVIENSIS

A. O. R. MDCCLIV.

DIE 18 April. POST HORAM OCTAVAM ANTE MERIDIEM

FINITIS SACRIS

PATRONOS

ATQVE

FAVTORES

OMNESQVE

QVI BENE LYCEO NOSTRO CVPIVNT

HVMANISSIME

INVITAT

M. IOANNES FRIDERICVS SCHROEDERVS,

LYCEI TORGAV. RECTOR.

---

*TORGAVIAE,*

LITERIS PETERSELLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0004-3

* * * * *

Parentum officium cum ſit, liberos ita educare, ut utiles exiſtere Reipublicæ aliquando poſſint, jubet tamen, & hoc ipſum officium, & naturalis parentum erga liberos amor, ut ſubſidia vitæ, ſi quidem fieri poſſit, ipſis & vivi præbeant, & poſt mortem relinquant. Nulli profecto ſunt quibus natura majus jus in bona defuncti cujusdam tribuere videatur præterquam liberi ejus. Hæc tamen eo non eſſe extendenda, ut omnis de rebus ſuis poſt mortem diſponendi facultas parentibus adimatur, quivis facile videt. Igitur jura civilia ita hæc attemperaverunt, ut ad omnia quidem bona liberis ſuis relinquenda parens nullus cogatur, aliquid tamen illis relinquere neceſſario debeat. Hanc portionem liberis relinquendam, quia leges illam conſtituerunt, *Legitimam* appellarunt. Ego vero ſi de hac paucula diſſeruero, non inutile omnino vel injucundum futurum id lectoribus arbitror, neque a profeſſione mea omnino alienum, cum ad Romanas leges adeoque ad antiquitatis & humanioris doctrinæ ſtudia, tota fere hæc diſſertatio pertineat.

Definitur ergo legitima, quod ſit pars hereditatis alicui neceſſario relinquenda. Neque enim parentes ſolum liberis tenentur relinquere legitimam, ſed liberi etiam parentibus fratres quoque fratribus, ſed hi interdum ſaltim, ſcilicet ſi turpem perſonam aut levis notæ macula laborantem heredes inſtituerint. Secundum tempora dividi poteſt in antiquam & novam, jure enim antiquo quotcunque liberi eſſent, tres unciæ, ſive quadrans hereditatis illis legitimæ loco erant relinquendæ, Imperator vero Iuſtinianus in Novella 18. hoç jure ſublato aliud conſtituit, pro numero perſonarum legitimam definiens, ut quatuor liberi vel pauciores, tertiam hereditatis partem, ſ. trientem, quinque vel plures, dimidiam ſ. ſemiſſem accipiant, quod verſiculi memoriales exhibent:

Quatuor aut infra natis dant jura trientem
Semiſſem vero dant natis quinque vel ultra
Arbitrium ſequitur ſubſtantia cetera patris.

Quæſtio nata eſt inter juris conſultos, num legitima juris naturalis ſit, num juris mere poſitivi? quæ vero lis facile componi poſſe videtur. Utique juris naturalis eſſe videtur, ut parentes, ſi poſſint liberis ſuis poſt montem etiam proſpicere, illud faciant, & bonorum ſuorum dominos illos præcipue relinquant: Quantum tamen relinquere illis debeant, mera naturalis æquitas non decidit, cum omnem diſponendi de bonis ſuis facultatem patri neutiquam adimat. Iura igitur poſitiva, quod naturalia indeterminatum relinquunt, definiunt, & certam portionem liberis adſignant. Eſt vero id præcipuum munus legum civilium, ut quæ fieri debere generatim naturalis ratio indicat, quomodo fieri debeant, non definit, ea accuratioribus limitibus circumſcribant, & cuivis officium ſuum exacte imperent. Igitur juris conſulti *materialiter* conſideratam legitimam, quoad ſucceſſionem quæ jure naturæ liberis debetur, juris naturæ eſſe adſerunt, *formaliter* autem ſpectatam, h. e. ratione modi & quantitatis, juris civilis, quoniam jus civile normam hic præſcripſit. Uſus hujus quæſtionis, ſi quis eſt huc redit, ut decidatur, num particulari cujusdam loci ſtatuto legitima tolli poſſit. Quod quidem de totali ſublatione negandum omnino videtur, quoniam juri naturæ contrarium hoc eſſet, quod omnibus parentum bonis liberos exuere non permittit, mutari vero quædam in quantitate legitimæ, aut aliter definiri, nihil prohibet. Niſi legitimam omnem tolli poſſe, & libertatem concedi parentibus nihil plane liberis relinquendi eam ob cauſam æquum videatur, quia alius hodie rerum ſtatus eſt, quam apud Romanos, & ut apud illos parentes nimium interdum duri erga liberos, ita jam liberi contra immorigeri parentibus videntur. Hinc legitimam a Patre plane auferri poſſe filio in ducatibus Swidnicenſi & Iaurenſi narrat Schickfuſius in Chronico Sileſiano lib. III. c. 26. p. 313. & alia ſimilia fere ſtatuta alii referunt. Sane exheredationis cauſæ a *Iuſtiniano* in Novella citata definitæ, graviſſimas omnino offenſas continent, quas facile cavere poſſunt liberi parum ceteroquin parentibus obedientes & maximam tamen illis moleſtiam creare. Hinc nova exheredationis cauſa acceſſit jure Saxonico electorali quando ſcil. liberi

con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0005-9

* * * * *

ficium cum ſit, liberos ita educare, ut utiles exiſtere Reipublicæ ali-
oſſint, jubet tamen, & hoc ipſum officium, & naturalis parentum er-
amor, ut ſubſidia vitæ, ſi quidem fieri poſſit, ipſis & vivi præbeant,
ortem relinquant. Nulli profecto ſunt quibus natura majus jus in
jusdam tribuere videatur præterquam liberi ejus. Hæc tamen eo
nda, ut omnis de rebus ſuis poſt mortem diſponendi facultas paren-
quivis facile videt. Igitur jura civilia ita hæc attemperaverunt, ut
n bona liberis ſuis relinquenda parens nullus cogatur, aliquid ta-
ere neceſſario debeat. Hanc portionem liberis relinquendam, quia
tuerunt, *Legitimam* appellarunt. Ego vero ſi de hac paucula diſ-
tile omnino vel injucundum futurum id lectoribus arbitror, neque
a omnino alienum, cum ad Romanas leges adeoque ad antiquitatis
ctrinæ ſtudia, tota fere hæc diſſertatio pertineat.

rgo legitima, quod ſit pars hereditatis alicui neceſſario relinquenda.
entes ſolum liberis tenentur relinquere legitimam, ſed liberi etiam
s quoque fratribus, ſed hi interdum ſaltim, ſcilicet ſi turpem perſo-
tæ macula laborantem heredes inſtituerint. Secundum tempora
ntiquam & novam, jure enim antiquo quotcunque liberi eſſent,
uadrans hereditatis illis legitimæ loco erant relinquendæ, Impera-
us in Novella 18. hoc jure ſublato aliud conſtituit, pro numero per-
m definiens, ut quatuor liberi vel pauciores, tertiam hereditatis
n, quinque vel plures, dimidiam ſ. ſemiſſem accipiant, quod verſi-
xhibent:

r aut infra natis dant jura trientem
n vero dant natis quinque vel ultra
m ſequitur ſubſtantia cetera patris.

ta eſt inter juris conſultos, num legitima juris naturalis ſit, num
i? quæ vero lis facile componi poſſe videtur. Utique juris natu-
ut parentes, ſi poſſint liberis ſuis poſt montem etiam proſpicere,
bonorum ſuorum dominos illos præcipue relinquant: Quantum

contemto parentum co
Eheſachen §. von Ehege
berum videtur

ſtamentum appellatur, q
ſua conſequuntur; ſi ver
*plementum* legitimæ ſalti

Ceterum, quia de
ne quadam relinqui aut
profectis. Imputantur
ſcilicet impenſæ in filiun
quodam ſingulari non in
recenſere, præcipue cu
berent.

Hæc vero Juris c
legitimæ pertinent, ex an
ſed ut diverſæ tantum er
deducendam arbitrantur
Teſtamento cujus inſcrij
deſumtam. Sunt vero
Bynkershoek L. II. obſ.
magis adhuc dubium eſt,
nomen geſſerint Romæ f
ber. c. 2. probare labora
terquam inſcriptionem il
libris antiquis adeo incer
oſtendit, ut hæc de Lege
obſ. 8. conſtitutioni Impe
Eccleſiaſticæ L. III. c. 31.
„ſui conſtitutionem, qua
„ſponendi, juſtam illam
„filio, qui in teſtamento
„næ hereditatis detur.„
probat Plinius junior qui
juris conſulti elegantiores
tium de portione legitim
multum a vero aberrare
cum olim Romani glorio
dibus, nihil omnino ex
hoc eſt novem unciis, le

contemto parentum conſenſu matrimonium ineunt v. Ordinat. Eccleſiaſtic. tit. von Eheſachen §. von Ehegelöbniſſen; item deciſio Electoral. 52. Hic igitur Principi liberum videtur quæcunque velit de legitima ſtatuere, id tamen crediderim, magis ſuadendum parentibus, ut vivi mores liberorum educatione emendent, quam male moratis poſt mortem vitæ ſubſidia auferant, cum patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtere debeat, paucique ſint *Themiſtoclem* de quo Cornelius Nepos refert, imitaturi, qui cum a parente exheredaretur, non fregit eum hæc contumelia ſed erexit.

Liberi quibus legitima relinqui debet, intelliguntur utriusque ſexus, ex juſto matrimonio nati, computanturque in eorum numero etiam poſthumi, utpote qui cum de commodo illorum agitur pro jam natis habentur. l. 26. π. de ſtatu hom. Adimi vero poteſt legitima liberis ex certis cauſis quæ exheredationis vocantur, & ad inſignem impietatem liberorum erga parentes redeunt. Has cauſas pro uti Iuſtinianus Imp. eas definivit Novella 115. cap. 3. recenſet, & illarum ſi nulla cadat in liberos legitima adimi illis non poteſt. Unde conſequens eſt, ut infantibus ſeptimum ætatis annum nondum egreſſis adimi poſſit nunquam, quia non poteſt his, ob intellectus defectum tanta imputari malitia, ut exheredationis cauſæ ad illos pertineant. Sunt aliquæ illarum: Si atrocem injuriam aut manus violentas patri filius intulerit, vitæ inſidias parenti ſtruxerit, bonis parentis grande damnum dederit, captivum parentem cum poſſet liberare noluerit, & aliæ quas omnes recenſere longum eſſet. Hac occaſione quæſtio naſcitur: Si inter plures filios vel filias, ingratus unus, hoc eſt exheredatione dignus exſiſtat, reliquis hoc vitium objici non poſſit, num computari hic cum reliquis in definienda legitima debeat. Nam ſi filii quatuor grati ſint unus ingratus utique computato ingrato ſemiſſis legitimam conſtituet non computato triens. Et æquum videtur computari debere, illius vero portionem inter reliquos dividi, ne hi fratris impietatem innoxii luant. Hancque ſententiam æquiorem Iuris conſulti plerumque fatentur, in praxi vero contrarium obtinere adſerunt, liberosque ingratos pro mortuis haberi, rationemque addunt, quia aucta eſſet legitima ex triente in ſemiſſem ob concurſum plurium liberorum, indeque metuendam depauperationem quæ ceſſet uno ingrato exſiſtente. Sed hanc rationem profiteor idoneam mihi non videri, cum evidens ſit, pro mortuo habito ingrato adeoque legitima ex numero liberorum reſiduorum computata, ſingulos minus accipere, quam accepiſſent, ſi gratus extitiſſet & illis legitimam diviſiſſet. Sint enim quinque liberi quorum legitima eſt ſemis hereditatis paternæ: hanc igitur inter ſe dividentes, accipiunt ſinguli quintam partem ſemiſſis, hoc eſt hereditatis totius decimam. Iam fingatur unus filiorum ingratus & reliquis quatuor tribuatur ſaltim triens hereditatis; Ergo hanc interſe dividentes accipiunt. Singuli trientis partem quartam, hoc eſt hereditatis totius duodecimam, ut quivis ob ingratitudinem fratris ſui tantum amittat, quantum decima hereditatis portio duodecimam excedit. Id vero iniquum eſſe facile patet, cum ne quidem parentum delicta in liberis, eorum participes ſe non reddentibus, jura divina puniant, multo minus fratres pios, fratrum impiorum cauſa damnum perpeti permiſſura. Cui argumento inde robur accedit, quia repudians portionem ſuam in computatione legitimæ tamen ut ſentiunt doctores connumeratur, & id quod ipſe accepiſſet inter reliquos dividitur, ex quo patet filiorum nullum facto ſuo reliquis nocere poſſe.

Relinquenda vero eſt legitima liberis & parentibus titulo inſtitutionis quem vocant vi Nov. 115. cap. 3. princ. & cap. 4. princ. hoc eſt, ut tanquam heredes eam accipiant non legati, donationis aut alio quovis jure. Cujus rei ratio ſita eſt in eo, quod æquum ſit has perſonas partem aliquam hereditatis eorum, qui legitimam ipſis debent accipere nonnuda quadam liberalitate teſtatoris gaudere. Eſt vero proficuum magis heredis jusquam legatarii in caſibus quam plurimis v. g. quod plurium qui ſimul heredes ſcripti ſunt uno decedente, ejus portio inter reliquos dividatur, quod adcreſcendi jus appellant, id quidem legatariis non competere manifeſtum eſt, quorum unus ſi legatum ſibi deſtinatum non conſequatur, id non reliquis cedit, ſed ad heredem univerſalem revertitur, quam ob cauſam *honorabilem* & utilem hunc titulum quo legitima relinquenda ſit juris conſulti appellant; fratribus vero quocunque titulo relinqui poteſt.

Quodſi vel plane non relicta ſit liberis legitima, vel non debito modo, inofficioſum teſtamen-

ſtamentum appellatur, quia officio ſuo parens defuit, & liberi querela inofficioſi teſtamenti uſi, ſua conſequuntur; ſi vero inſtituti quidem ſint heredes, ſed in portione legitima minore ad *ſupplementum* legitimæ ſaltim agunt, ne inofficioſi querela parentis memoriam ſugillent.

Ceterum, quia debitum quoddam eſt legitima, jure conſtitutum, non poteſt ſub conditione quadam relinqui aut oneribus gravari, quæ imponi poſſunt legatis ex liberalitate teſtatoris profectis. Imputantur vero in legitimam, quæ liberi parentibus quaſi debent, extraordinariæ ſcilicet impenſæ in filium unum præ aliis collatæ, niſi vel donatas has voluerit pater vel favore quodam ſingulari non imputentur, quo ſumtus ſtudiorum referunt, vel aliæ quædam cauſæ, quas recenſere, præcipue cum de illis legum doctores interſe diſſentiant longum eſſet, filium hic liberent.

Hæc vero Juris conſultis accuratius examinanda relinquens pauca ſaltim, quæ ad originem legitimæ pertinent, ex antiquitatibus addam, non quod decidi aliquid poſſit in re valde ambigua, ſed ut diverſæ tantum eruditorum ſententiæ enumerentur. Sunt qui legitimam ex lege Glicia deducendam arbitrantur. Hæc autem lex unica tantum vice nominatur in l. 4. π. de inofficioſo Teſtamento cujus inſcriptio indicat, ex peculiari Caji juris conſulti ad legem Gliciam libro eſſe deſumtam. Sunt vero qui dubitent an unquam lex ejusmodi Glicia extiterit, quo pertinent Bynkershoek L. II. obſ. c. 12. & quos ille citat Hotomannus legem hanc non agnoſcit, multoque magis adhuc dubium eſt, quis Gliciorum legis ſi quæ fuit, auctor extiterit. Multos qui Gliciorum nomen geſſerint Romæ fuiſſe ex Tacito L. 15. annalium c. 56. ex Livio L. 19. & Suetonio in Tiber. c. 2. probare laborat Cujacius Obſ. Lib. II. c. 21. de ipſa vero Lege Glicia nihil ſcimus præterquam inſcriptionem illam L. 4. ex Caji in eam Commentario deſumtæ, at has inſcriptiones in libris antiquis adeo incertas & varias eſſe, ut deduci ex illis nihil poſſit Bynkershoekius loco cit. oſtendit, ut hæc de Lege Glicia ſententia quam maxime dubia videatur. Alii cum Cujacio L. III. obſ. 8. conſtitutioni Imperatoris Marci. Legitimæ originem tribuunt, Nicephori dicto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ L. III. c. 31. moti, cujus hæc ſunt verba: „Marcus Ælius contra Antonini Pii patris „ſui conſtitutionem, qua omnibus liberam dedit poteſtatem, de facultatibus ſuis ita ut vellent di„ſponendi, juſtam illam tulit legem, qua patri liberi ab inteſtato ſuccedunt. Idemque ſanxit, ut „filio, qui in teſtamento præteritus a parentibus debitam gratiam non retuliſſet, quadrans pater„næ hereditatis detur.„ Sed ante Marcum imperatorem viguiſſe jam legitimæ obſervantiam probat Plinius junior qui tempore Trajani Imp. vixit L. V. ep. 1. Sed huc uberius perſecuti ſunt juris conſulti elegantiores varii, inter quos nominabo ſaltim Battandier de Legitima c. I. Chifletium de portione legitim. c. 3. Heineccium Antiquitat. Roman. Lib. II. t. VI. §. 7. Forte non multum a vero aberraret, qui ex lege Falcidia ortum traxiſſe legitimam ſuſpicaretur. Scilicet cum olim Romani glorioſi, legatis omnem hereditatem exhaurirent, ſicque deſtituerentur heredibus, nihil omnino ex hereditate retenturis cautum eſt lege Falcidia, ne major pars dodrante hoc eſt novem unciis, legatis exhauriretur, ut quartam partem heres ſalvam haberet, quæ quarta Falcidia eſt appellata. Iam antiquiſſimis temporibus eadem libertas fuit Romanis, ut liberos exheredes ſcribere aut præterire in teſtamento nulla omnino cauſa, niſi quod ita liberet, poſſent V. Roſinus Antiq. Rom. Lib. VIII. cap. 6. Heineccius Antiq. Rom. L. II. t. 10. §. 20. quod illuſtratur exemplis apud Ciceronem Lib. I. de Orat. & Livium Libr. I. cap. 34. Cum vero parentes hac libertate abuterentur, invaluit primum inofficioſi querela, in certo plane autore, deinde cum lex Falcidia legatis modum ſtatueret, quarta Falcidia, legitima indiſcriminatim vocata fuit, de quo & ex pluribus corporis juris Iuſtinianei locis & ex Plinio Lib. V. ep. 1. & ex aliis conſtat. Veroſimile igitur eſt, liberis debitam legitimam ex Falcidia heredibus debita natam eſſe, præcipue cum Liberis æque ac heredibus quarta deberetur, etſi quod ad liberos attinet, rem mutaverit Iuſtinianus. Sed hæc iam ſufficere arbitror cum indicandus ſit actus ſolemnis. Perorabant ſcilicet publice quinque juvenes optimæ ſpei, qui themata ſua proprio Marte in venerunt & elaborarunt.

I. *CHRISTIANVS ABRAAMVS LEHMANNVS*, Jütrebocenſis Saxo.
De ſingulari doctorum virorum præſtantia.

II. *IOANNES CAROLVS HEVN.* Schildavienſis Miſn.
De præſtanda in literis aſſiduitate.

III. *CHRISTIANVS GOTTLIEB TISCHERVS*, Torgau. Miſn.
De virtutibus juris peritum ornantibus.

IV. *CHRISTOPH. FRIDER. LEBRECHT HOFMANN*, Weydenhayn.
De laudabili doctorum aliis inſerviendo ſtudio.

Hi quatuor juvenes latina Lingua ultimum vale dicent, ſed

V. *CASPAR. DAMIANVS GRVLICH*, Freiberg.
De Theologia in ſe conſiderata dicet, & amicis ſuis abitum gratulabitur.

)o(

uia officio ſuo parens defuit, & liberi querela inofficioſi teſtamenti uſi,
o inſtituti quidem ſint heredes, ſed in portione legitima minore ad *ſup*-
m agunt, ne inofficioſi querela parentis memoriam ſugillent.
bitum quoddam eſt legitima, jure conſtitutum, non poteſt ſub conditio-
oneribus gravari, quæ imponi poſſunt legatis ex liberalitate teſtatoris
vero in legitimam, quæ liberi parentibus quaſi debent, extraordinariæ
n unum præ aliis collatæ, niſi vel donatas has voluerit pater vel favore
nputentur, quo ſumtus ſtudiorum referunt, vel aliæ quædam cauſæ, quas
n de illis legum doctores interſe diſſentiant longum eſſet, filium hic li-

onſultis accuratius examinanda relinquens pauca ſaltim, quæ ad originem
tiquitatibus addam, non quod decidi aliquid poſſit in re valde ambigua,
uditorum ſententiæ enumerentur. Sunt qui legitimam ex lege Glicia
. Hæc autem lex unica tantum vice nominatur in l. 4. π. de inofficioſo
otio indicat, ex peculiari Caji juris conſulti ad legem Gliciam libro eſſe
qui dubitent an unquam lex ejusmodi Glicia extiterit, quo pertinent
c. 12. & quos ille citat Hotomannus legem hanc non agnoſcit, multoque
quis Gliciorum legis ſi quæ fuit, auctor extiterit. Multos qui Gliciorum
uiſſe ex Tacito L. 15. annalium c. 56. ex Livio L. 19. & Suetonio in Ti-
: Cujacius Obſ. Lib. II. c. 21. de ipſa vero Lege Glicia nihil ſcimus præ-
lam L. 4. ex Caji in eam Commentario deſumtæ, at has inſcriptiones in
tas & varias eſſe, ut deduci ex illis nihil poſſit Bynkershoekius loco cit.
Glicia ſententia quam maxime dubia videatur. Alii cum Cujacio L. III.
ratoris Marci. Legitimæ originem tribuunt, Nicephori dicto Hiſtoriæ
moti, cujus hæc ſunt verba: „Marcus Ælius contra Antonini Pii patris
omnibus liberam dedit poteſtatem, de facultatibus ſuis ita ut vellent di-
ulit legem, qua patri liberi ab inteſtato ſuccedunt. Idemque ſanxit, ut
præteritus a parentibus debitam gratiam non retuliſſet, quadrans pater-
Sed ante Marcum imperatorem viguiſſe jam legitimæ obſervantiam
tempore Trajani Imp. vixit L. V. ep. 1. Sed huc uberius perſecuti ſunt
varii, inter quos nominabo ſaltim Battandier de Legitima c. I. Chifle-
. c. 3. Heineccium Antiquitat. Roman. Lib. II. t. VI. §. 7. Forte non
, qui ex lege Falcidia ortum traxiſſe legitimam ſuſpicaretur. Scilicet
ſi, legatis omnem hereditatem exhaurirent, ſicque deſtituerentur here-
hereditate retenturis cautum eſt lege Falcidia, ne major pars dodrante
gatis exhauriretur, ut quartam partem heres ſalvam haberet, quæ quar-

AB: 155056

VD 18

ULB Halle 3
003 085 112

TA → DL
[illegible]

VD 17

R

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0012-8

35

# LEC... A

QVA...

# AVDIEND... ONES
# VALE... S

QVATV...

LYCEI T... SIS

A...

DIE 18 April. POST... MERIDIEM

P...

PA...

F...

QVI BENE LY... IVNT

E...

M. IOANNES FRIDERICVS SCHROEDERVS,

LYCEI TORGAV. RECTOR.

*TORGAVIAE,*

LITERIS PETERSELLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685506-p0013-3